



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 124. Hedenæ obsidio ab Anglis soluta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

mis regios census in Lotharingiæ Ducis **Sæcul. XVI.**
 favorem alienavit, atque in eundem Ban- **A.C. 1522.**
 villæ & Castræ Morellæ Principatus em-
 ptionis jure transtulit, hancque in rem
 diploma Regium expediri jussit, ne quic- *Daniel hist.*
 quam reclamante Parisiensi Parlamento, *de Franc. t. 5.*
 ac ærarii Curia; Regis enim voluntati *p. 483. & t. 6.*
edit. 1719.
 omnino obtemperandum erat. Præterea
 singulis ferme diebus justitiæ officia ven-
 didit, ac nova etiam eaque quamplu-
 rima, quibus tamen Franciæ Monarchia
 per undecim omnino sæcula & amplius *Gervais. vie*
 facile carebat, instituit tribunalia, ve- *de S. Mart.*
ftigalia auxit, novaque varii generis tri- *p. 328. &*
buta adinvenit: quinimo a sepulcro S.
Martini Turonensis clathrum abstulit ar-
genteum, quod a Ludovico XI. apponi
jussum sexies mille septingentas septua-
ginta sex l[ong] marchas argenti ponderabat,
illudque ad monetæ officinam deferri
præcepit, ut inde nummi cuderentur,
quorum aversa pars figuram hujus cla-
thri exhibebat. Ferunt, Regem ex Can-
cellarii sui consilio hoc facinus attentasse.

§. CXXIV.

Hedenæ obsidio ab Anglis soluta.

Jam quinto aut sexto ferme mense An- *De Rapin.*
 glorum exercitus Hedenam urbem *Thoiras hist.*
 incassum oppugnabat; Vindocinensis e- *Ang. tom V.*
 nim Comes opportune introducebat Bic- *vit Henrici*
 zium, Socurium & Landium, tres Bel- *VIII. p. 166.*
 lidu-

Sæcul. XVI liduces animi fortitudine, ac militari ex-
A.C. 1522. perientia longe clarissimos. Hi quadra-
ginta duobus omnino diebus, totoque
obsidionis tempore oppugnantium impe-
tus tam invicta virtute sustinebant, ut
Cæsarei Anglique recedere compelleren-
tur, cum eorum exercitus ob transfuga-
rum numerum vix medium suorum par-
tem ultra recenseret, ac reliqui nocturnis,
iisque assiduis pluviis vexati in tentoriis
suis cubare haud amplius possent: Igi-
tur Bureus Cæsareorum Dux in Flan-
driam revertebatur, Suregiæ autem Co-
mes exeunte Octobri factis velis in An-
gliam remeare constituit; ambo quidem
prius ad urbem Corbeiam exercitum ad-
moverunt, cuius tamen obsidionem ag-
gredi non audebant, eoquod illam arte
ac natura munitissimam, præsidiarios ve-
ro extrema quæque perpeti paratos cer-
nerent. Nihilominus Durlentium pagos
que circum vicinos continentí incendio
absumperunt, quo facto eorum expedi-
tio finem habuit, adeo, ut cuncta Cæsa-
ris Regisque Angliæ molimina durante
hoc bello parum funesta fuissent Franci-
fco Galliarum Regi, nisi ipsem et sua pe-
cunias pro alendo exercitu necessarias
subministrandi negligentia sinistri
armorum successus in Italia
auctor extitisset.

HISTO-